



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De exhortatione & cohortatione. Capvt IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

obstiterit, si sapientia, si integritas, si fides in
faudente benevolentia, magni sunt ad omnem
persuasionem aculei. & qui his fultus
adminiculis suaderet. σιγῶν θεον δύρατο, τὸ
πλέον λαλούντων. συνέρμοσα γόρηνολαῖς
χριστοῖς τοῖς δικαιουμένοις ὡς χρεδομένη κα-
θηξα, ut author est D. Ignatius Martyr, in e-
pistola ad Philadelphenses, silentio plus po-
tentia, quam alij verbosa oratione. Mandatis e-
nim Dei, & iustitiae præcepis congruit, ut fi-
des citharae.

III. In argumentis videndum est, vt minu-
ta succidantur, ea autem proferatur, quæ mai-
oris sunt ponderis, qualia sunt diuinas. Nam
*Cicer. s. in
Verr.
Cart. L. 4.*
omnes religione mouentur, & nulla res multi-
tudinem efficacius regit. Plenæ sunt exem-
plis omnium gentium historiæ, in quibus falsa
etiam superstitione delusa mortalium vol-
luntas in omnem partem flexibiles impel-
luntur. Atque, vt ait Valerius Maximus, Pri-
isci Romani statas, solemnesque ferias Ponti-
ficium scientia, benè gerendarum rerum au-
toritate, augurum observatione; Apollinis
predictiones vatum libris, Portentorum de-
pulsa Hetrusca disciplina explicari volue-
runt.

His attributis Zoroastres apud Babylonios,
apud Lacedæmonios Lycurgus, apud Athe-
nienses Minos, apud Romanos Numa multa
fuerunt: Verum, fraude superstitionum a-
gnita, nullum argumentum est debilius.

Diuinis proxima sunt humana, ὅταν ἀνα-
τρέπων, quæ spectabile damnum inferunt, vt mor-
bi, plagæ, membrorum mutilations, amissio
fortunarum, quorū propositi terrores si im-
minere videantur, potentissimis machinis a-
nimos percellunt.

A' ratiōne consequuntur bonorum spes, &
promissiones, quibus quisque pro suo inge-
nio, vt superius demonstratum est, afficitur;
quo certiora autem videntur, eo plus affici-
unt.

*Suspensionis
forma &
modus.*
Quarto, quod ad modum attinet, videndum
est, vt commodo loco, vt op. ruino tempore,
vt minimè suspiciose, & reluctant, eius qui
mouendus est animo, prima fiat aggressio;
Deinde, vt non apparata, non insidiens videa-
tur oratio, non verbosa sit, non picta, non iu-
ueniliter laeticiens; sed simplex, honesta,
syneera, parca verborum, sententijs, & argu-
mentis pressa, quod maximè fieri oportet, v-
bi de re negotiosa sermo est, apud callidas,

& occupatas aures, adde etiam suspicaces:
nam tunc omnis ornatus haberet pro dolo.

Alia tamen agendi ratio est in floridis ar-
gumentis, qualia solent esse Eruditorum Phi-
losophorum: tales enim orationes expo-
sitionem, quanquam sobriam illam quidem, &
minimè fucatam desiderant: inuenit nonnun-
quam verbis res, & experimenta coniungere,
quod Cyrus admodum prudenter fecisse, me-
moratur à lustino, qui cum expeditionem in
Medeos pararet, conuocato populo, iubet o-
mnes præstò cum securibus adesse, & syluam
via circumdatam excidere. Quod cum stren-
uè fecissent, eodem postera die, ad paratas
epulas inuitat: Deinde, cum alacriores ipso
coniuicio factos videret, rogar, si conditio
proponatur, utrius vita fortè legat, hester-
ni laboris, in praesentium epularum, praes-
tium, vt clamauere omnes: ait, Hesterno si-
milem labori omnem vitam acturos, quoad
Medis parcent: se sequitos hodiernis epulis.
Lætis omnibus Medis bellum infert: ita re o-
stendere oportet, quod suaderetur: nihil enim
est ad infringendam aliorum dissuasionem,
nostram amque sententiam confirmandam po-
tentius.

Si res desint, valida sunt exempla sepius ob-
oculos ponenda, quæ magnum in utramque
partem momentum habere solent.

De exhortatione & cohorta- tione.

C A P V T I X.

Exhortatio differt à suasione, quod hæc sit Exhortatio
consilij, illa motus: in suasione siquidem differt à sua-
tione.

Orator docere, in exhortatione inflamma-
re nititur: quamobrem, & in suadendo, vt re
adhuc incerta, plus argumentorum est, in ex-
hortando plus caloris. Proutendum est in
primis, vt res, ad quam hortamus alios omnes
numerous habeat honestatis: num si quid tur-
piculi appareat, rationibus prius erit diluen-
dum, quam motus, & affectuum faces adhi-
benda.

Secundo, nunquam plenè exhortandum
videtur, antequam de re facilitate constet:
nam si minimè conuictos, & reluctant, ad
huc animos coneris exhortari calidius, idē fa-
cias, ac si lignum adhuc viride, & crudum
prima aggressione nitaris incendere. Itaque monendus,
In exhortatione
do animus
prius ratio-
ne vincen-
dus quam
nec

nec de suo ingenio desperantem, abiectum, & formidantem omnia, statim incensa oratione mouebis, vt literas difcas, nec auarum, aut sordidum, vt sumptum faciat, nec Dramatem frigidum, vt praelietur: sed occupandi paulatim rationibus animi, donec que obuiersantur, difficultatum pondera difcutiantur.

Animi quidam sulphurati.

Tertio, vt sulphurati quidam sunt animi, secundum Plotini dictum, qui statim flamas concipiunt, ita parciores verbis apud eos esse oportet oratores; pigris vero, & negligibus validius instandum, siquidem spereret aliqua ratio honestatis: sin autem tam angustae sint, & tenebrosa[m] m[en]tes, vt nulla bona spei scintilla promicet, quid atinet frustra prolixam orationem perdere: in quo praelare monet Dio Prusaeus in oratione prima de regno, successus eloquentiae, & exhortationum, maxime pendere ex eorum animis, quos hortari. Alexandrum illum Macedonem Timotheus tibicen, canens bellicum ira rapiebat, vt eodem vestigio ad arma profiliret: At hoc ipsum, inquit, non tam ex Timothei numeris contingebat, quamquam erant praestantes illi quidem, & plane bellicos, si, quam ex ipsis Alexandri acri quodam, incitatoque ad pulcherrima quaque ingenio: nam Sardanapalum delicijs effeminatum, nunquam Timotheus, aut Apollo quidem ipse de cubili excitasset, vt abiecta muliebri consuetudine, ferro se accingeret.

Quarto, si persona, quae hortatur, plurimum habeat auctoritatis, minus pugnax rationibus, minus calens, & profusa verbis visideri debet (nisi temporum, & periculorum ratio aliud expectat) Nam dignitas ipsa potentissimum est ad feriendos animos telum, & vt ait Cornelius Tacitus. Suasio, vel exhortatio ab eo, qui iubere potest, vim nec solita afferit. Caendum est tamen, ne fastu aliquo verbis parcere, aut in rebus incensis frigide exhortari, quanvis nobilis orator videatur.

Exhortatio lenis.

Quinto, in exordijs, & insinuationibus præferre debet saepius orator spes egregias de eorum virtute, quos exhortatur, vt se potius officij, aut alia ratione inductum, id ipsum exhortationis genus aggredi demonstret, quam quod hortatore alii indigeant, qui sua sponte sint satis incensi. Hoc artificium obseruat Dio Prusaeus, ad Traianum, & M. Tullius & Philipp.

Faciam igitur, vt Imperatores instructa acie solent: quanquam paratissimos milites ad præliandum videant, vt eos tamen adhortentur, sic ego vos ardentes, & erectos, ad libertatem recuperandam cohortabor.

Sexto, & si minimè argumentosa debeat esse cohortatio, & prolixis rationibus effluens; sunt tamen viuidæ, & pressæ rationes aferendæ, quibus, veluti clavi, audientium animis quam altissimè defigantur. Erunt autem maximè petenda, ex intimis rei, & negotijs, quod tractatur, adiunctis, quæ si clarissimas, & recentibus adiungantur exemplis, multum habent ad permouendos animos ponderis. Nec istud omittit M. Tullius in sua exhortatione.

Vt igitur Catilinam diligentia mea, Senatus auctoritate, vestro studio, & virtute frequentis, sic Antonij nefarium latrocinium vestraria cum Senatu concordia, tanta, quanta nunquam fuit, felicitate, & virtute exercitatum, dumcumque vestrorum breui tempore opussum audietis.

Septimo, exhortationis anima est pugnax quidam calor, qui plurimus in figuris acribus, & densis agnoscentur; vt,

Non est, non est vobis, Quirites, cum eo hoste certamen, quo cum aliqua pacis conditio esse possit: neque enim ille seruiturem vestrarum, vt antea, sed iam iratus sanguinem concupiseat: nullus ei ludus videtur esse inconditor, quam cruor, quam cædes, quam ante oculos trucidatio ciuium. Non est vobis res, Quirites, cum scelerato homine, arquebafio, sed cum immani, tetraque bellua: quæ, quoniam in foueam incidit, obruator.

Octavo, potentissimum est exhortationis genus, vbi præter exemplis, qui perorat verbis: Itaque in illa disertissima Darij regis oratione, post acres, & varias rationes illam addit, quasi colophonem.

Ipsæ, non patro more solum, sed etiam, vt conspici possim, curru vehor, nec recuso, quo minus imitemini me, siue fortitudinis exemplum, siue ignavia fuerit.

In dehortatione pars est fermè ratio, nisi quod animis iam præmissa hortatione perculsi, contrarijs rationibus munendi sunt, & ardor, si quis est, restinguendus. In quo plurimum aliquando valent ironiae, quibus ea, quæ ab incelsis hortatoribus sunt allata, quasi *Eius m[en]s* ingesta frigida obruantur. Redarguitur auditorum

Non debet effanimus arguuntur s[ic].

ditorum simplex credulitas, qui se fascinari, & quasi nato duci permittunt. Adhortatum vicerorum ingenium, & fraudes, consulto ad impellendos animos compositae notantur. Res aut mala, aut vilis; aut si bona est, dura, laboriosa, difficultis, & supra facultatem omnem ostenditur.

Montes aurei à vanis hortatoribus promissi deridentur: contrà labores, & pericula, & incerti exitus; & si contingant, parum frugiferi, exaggravantur. Diffinitudo exemplorum, si quæ ab aduersariis sint intertexta, plenius indicatur. Alia, & magis nota, & communibus hominum sensibus accommodata proponuntur. Ad summum animi à iuunda bonorum specie, ad terrores, & impecditas difficultates traducuntur.

De concitatione & conciliatione.

CAPVT X.

QVæ de affectibus odio, & iracundia, eiusque lenimentis antea dicta sunt, concitationis, & conciliationis artificium satis ostendunt. Ac animos quidem ad iracundiam, atque odium, obiecta præsertim iniuria: atrocioris specie, eaque Rhetoricis excitata coloribus, haud est operosum; cum omnes ad suas vescendas iniurias, nō ieiui pro pensione rapiantur. At vero ardentes furijs extinguere,

Hoc opus, hic labor est.

Conciliatio. De priuatis conciliationibus nihil dico, in quibus, & ars, & prudentia requiritur singularis; Quid in pacardiis efferaatæ multitudinis animis, quæ præsidia latit secura reperi possint? Certe fatendum est, debilia hic esse eloquentiae opera, nisi alijs præsidij sustentetur. Quis enim furenti bellum inermet. Suadam obiectat, aut mussico contentu tigres emollire tenter: quanquam multorum potest diserta oratio, nisi tamen alium habeat comitatum, quam verborum, parum secura est: quem verò sapientia, sanctitatis, amplitudinis, benevolentia, amoris, addo etiam radios quosdam maiestatis, quos Deus imprimeret solet in eorum vultu, quos sibi velut vicarios in regendis hominibus scribus consiluit.

Tum pie' ate grauem, & meritis, si forte virum quem.

Conspexeres, silent.

Hac ratione Iulius Cæsar seditiones exercitus veibo uno compescuit. Quirites vocando, qui lactamentum eius detrectabant. Augustus vultu, & aspectu Actiacas legiones deterruit. Alexander Seuerus admodum adolescentes tumultantes copias ita repressit, ut & viultus pondus, & oculorum fulgura non ferrent.

Conciliatio-nis methodus.

Hæc igitur prima lex conciliandorum animorum, dicentis auctoritas, & maiestatis apex venerandus. Deinde tempora diligenter obseranda sunt, nec temere calenti adhuc turbæ, etiam cum iustissimis auctoritatibus, & innocentie præsidij credendum. Primi enim impetus solent esse belluarum, qui semel atque flagrarent, libertorem aulam orationi, prehensionesque permittunt. Postrem etiam, & venia hominum tenenda, sensusque delibandi, & periclitanda voluntates, & origo malii perturbanda, ut quid doleant, quid cupiant, quid timeant animi, plenus agnoscatur. Ad summum, modo lenimentis, modo etiam scuerioribus remedij, prout res, & tempora postulabunt, vulneri medendum est.

Sunt apud Cornelium Tacitum duo insigne exempla, in quibus, & in rebus ferè iisdem diuerla hominum ingenia, varisque, & multiplices negotiorum tractus cernuntur. Turbatur in Pannonia, & graui oritur seditio, auctore Percennio. Agnosce primum hominem, & malas artes concitationis.

Concitatatio-nis insigne exemplum.

Erat (inquit) in castris Percennius quidam dux olim Theatralium operarum, dein gregaricus miles, procax lingua, & misere eortus histriionali studio doctus.

Digna fax hac seditione: nunc animaduerte, quam oportune tempus capit, & percunulos primum rem aggreditur.

Is impeditos animos, & quænam post Augustum militiae conditio ambigentes, impelle paulatim nocturnis colloquijs, aut flexo in yesperam die, & diapsis melioribus determinum quemque congregare. Postrem poptis iam, & alijs seditionis ministris, velut concionabundus, interrogabat.

(Agnosce insigne artificium linguae virulentæ.)

Cur paucis Centurionibus, paucioribus

H h h

Tri-